



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 42. Pontificis studium de Æthiopibus ad fidem Catholicam reducendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI.

A.C. 1554.

§. XLII.

Pontificis studium in Æthiopicis ad fidem Catholicam reducendis.

Orland.

Hist. Soc.

l. 14. n. 122.

Et seq.

Maff. l. 2.

Oferius l. 5.

Eodem anno summus Pontifex ad Ecclesiæ unitatem revocare nitebatur Abyssinos, qui Dioscori, ac Eutyche-
tis erroribus infecti Marco Patriarchæ suo eadem hæresi contaminato parebant. Porro Claudius eorum Imperator Reli-
gioni Catholicæ admodum propensus datis literis Joannem III. Lusitaniæ Regem rogabat, quatenus Pontificem eo induceret, ut in Æthiopiam quem-
dam ablegaret Episcopum, qui ejus subditos ad salutis semitam reduceret, Regnumque Ecclesiæ Romanæ recon-
ciliaret. Equidem Joannes Rex hoc negotium summa sollicitudine urgebat, pii tamen hujus consilii executionem
semper tumultus Ecclesiam agitantes inturbabant, unde nonnisi sub Pauli IV. Pontificatu Regis precibus hoc modo
satis fieri poterat.

§. XLIII.

*Ignatius a Lusitaniæ Rege Viros Apo-
stolicos in Æthiopiam decernere
rogatus.*

Raynald.
num. 24.

Itaque Lusitaniæ Rex præprimis cum Ignatio Societatis Præposito rem agere cœpit, ab eoque ex ipsius Alum-
nis